




procesit in medium Pasnucius episcopus Aegypti, qui pro confessione Christi unum amiserat oculum, cuiusque unum genu fuerat discissum, diffusasit ne constitutionem ullam facerent de abrogando sacerdotum matrimonio, ne illis scortandi ulla præberetur occasio. In ciuitate Chalcedonensi sita est regio*n*e Constantinopolitan*r*e urbis, magna fuit synodus celebrata, quae inter octo concilia numeratur, quibus Romana ecclesia præcipium imperitur honorem, interfueruntque

huic concilio quingenti & triginta episcopi. In ciuitate Bithyniae Bursa, quae itinere trium aut quatuor dierum distat a Constantinopoli, habent Turcarum imperatores suam sepulturam. Ciuitas est elegans, habetque multa facella circa templum in quibus Othomanni magnifice sunt sepulti, & habent singuli candelabrum aureum cum ardent<sup>i</sup> candelabro supra sepulchrum positum, & in superioribus facelorum locis pendent multa lampades accessae. Assistunt etiam perpetuo duodecim sive fidei sacerdotes, qui a uiriditate pielorum quos gestant, vocantur Talersmanlari, qui die nocturnis permutatis uicibus in templo orant, tres ante meridiem, tres post meridiem, tres ante medium noctis, & tres post. Est etiam in hac

urbe magna nundinatio sericorum indumentorum, quae in tota illa regione non inuenitur,

Asia.



# LIBER COSMOGRA

phiæ quintus, per Sebast. Munsterū ex pro-

batis geographis & historicis scriptoribus, recentioribus & vetere-  
ribus in unum corpus collectus.

## Asia altera pars orbis terreni, cum suis populis, & nationibus atque insulis in hoc quin- to libro describitur.



Sia altera tripartitæ terræ pars, appellata ab Asia Oceani & Thethyos filia, si ue ut alijs uolunt, ab Asio Manæ Lydi filio, à meridie per orientem usque ad se-  
ptentrionem protenditur. Terminos habet ab occidente Nilum & Tanaim  
cum Euxino ponto, & parte mediterranei maris. Tribus alijs partibus iungit  
tur Oceano, qui ab oriente Eolus, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus  
appellatur. Taurus mons mediā quodāmodo continentem diuidit, ab occi-  
dente in orientem excurrens, partē ad aquilonē relinquīt, partē ad meridiē. Mons hic multis in  
locis latitudinē habet stadiorū 3. milliū, longitudinē quantā Asia, stadiorū circiter 4. millia, à trās  
marina Rhodi ora usq; ad Indiæ ac Scythiæ extrema orientē uersus. Tam latum aut & patēs di-  
cūt esse quicqd terræ Asie nomine continetur, ut Africa & Europa reliquæ duæ partes, nō ma-  
gis cōplectantur q; hæc sola. Cœlo temperata est, solo fertili, & propterea omniū animatiū ge-  
nere cultissima. Non tamen putatur populosior esse Europa, quantumlibet amplissimū cōple-  
ctatur spaciū, quia habet multas & spacioas solitudines, maria, arenas, asperos montes & alia  
loca quæ ab hominibus inhabitari nequeūt, sicut infrā suis quibusq; uidebimus locis. Diuidit  
aut in plurimas atque ferè infinitas regiones & prouincias, quæ singulæ sua habēt uocabula, ut  
infrā dicemus, inter quas præcipue olim fuerūt Babylonia, Persia, Syria, Scythia, Asia minor,  
India. Nostro autē æuo, Tartari incolunt Scythiam, extenditq; habitatio eorum usque in In-  
diā. Mahometici uero & Soldanici habēt subiectas Arabiam, Persiam & Indiam exteriorē,  
in qua Calékutiū situm est. Syria, quæ comprehendit Ierosolymam, Damascum et Antiochiā,  
cum pareat Turcæ, non multa de ea scribuntur nostro tempore, quando quidem nemo eā perlu-  
strare possit. Quæ antea nō sunt explorata, nō possunt sub isto tyrāno īuestigari. Nunc itaq; bre-  
uiter & iusto seruato ordine scribemus de omnib. regionib. Asie, initū sumētes ab Asia mino-  
ri, quam cōciuacent Bithynia, Lycia &c. cum multis insulis maris.

*Limits Asie*

*Asia nō popu-  
loſior Euro-  
pa.*

## Bithynia.

**B**ithynia regio minoris Asie ad Pontum sita, aduersa Thraciæ & proxima Troadi, quæ  
primum Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno rege Bithynia dicta fuit. Hæc  
eriam autore Eusebii, Pontus est dicta. Habuit aut olim multas insignes ciuitates, nē  
pe Niceam, Chalcedonem, Heracleā, Libyssam ubi Annibal sepultus fuit, Prusā quā  
hodie Bursam uocant, Nicomediā, Apamiam &c. Nicaea metropolis Bithyniæ & qua-  
si mater aliarum ciuitatū ob sui magnificentiam, magnitudinē & fertilitatem. Ambitus eius sta-  
diorū sedecim fuit in figura quadrata, in capo sita: & in singulis lateribus portæ singulæ ē regio-  
ne positæ, ut ab una per ciuitatem ad oppositā uideri posset, & qui in medio ciuitatis stabat: ui-  
debat omnes quatuor portas. Hic iubēte Constantino famosa illasynodus anno Christi  
sti; 24. celebrata est, trecentorum, & decem et octo episcoporū, & perfidū Arrij dogma recisū.  
Ingressus autem piissimus imperator ad confessum episcoporū, uidit quosdā priuatōs dextro  
oculo, quem sub tyrānide Diocletiani ob confessionē Christi amiserant, & accedēs exosculatus  
est locū expuncti oculi. Hæresis Arrij erat, q; negabat diuinitatē Christi. Anno Christi 372. cor-  
ruit Nicaea tota, terræmotu concussa. Dein post multos annos aliud fuit in hac urbe celebratū  
conciliū, in quo damnata fuit hæresis illorū, qui negabant spiritū sanctum procedere simul à pa-  
tre & filio. Scribunt quidam, in hoc cōcilio quoq; agitatam quæstionē de sacerdotū uxorib. le-  
gitimis, potissimū quas ante initiationē duxissent. Et cum quidā prohibere uellent ea coniugia,

*Bithynia quæ  
& Pontus.*

*Nicea.*

*Synodus.*

*Vxores sacer-  
dotum.*